



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.56. Concilium Toletanum III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI.
A.C. 589.

§. LVI.

Concilium Toletanum tertium.

To. 5. Conc.
p. 589.

Recaredus Rex, ut Gothos conversos in Religione Catholica confirmaret, et omnibus Provinciis sibi subjectis convocavit Concilium in urbe Toletana celebrandum. Convenere Episcopi septuaginta duo, nempe quinque Metropolitanæ, Euphemius Toletanus nomine Provinciæ Carpentamiæ, tunc ita dicebatur, S. Leander Hispalensis ex Provincia Betica, Migetius Narbonensis ex Gallia, Pantardus Braccarensis ex Gallæcia. Aderant Episcopi sexaginta quatuor, & cæterorum absentiam Legati. Omnibus Toleti congregatis Auctor fuit Rex, ut jejuniis, vigiliis & oratione animos ad Concilium præpararent. Igitur jejunium trium dierum indicitur, quibus exactis Patres sexta die Maji anno Recaredi quarto æra 627. id est anno 589. conveniunt. Rex præsens præprimis recitari jussit suam Confessionem Fidei de Trinitatis Mysterio, in qua dicit, propositum sibi esse, omnes Subditos suos ad eandem Fidem reducere. *Ecce vobis, inquebat ad Episcopos, Illustrissimam Gothorum Gentem! quæ licet usque in hanc diem Doctorum suorum improbitate ab Ecclesia*
univer.

universali () separata fuerit, hodie sin-* Sæculum VI.
cero corde ad eam redit. Recipite etiam A.C. 589.
Gentem Suevorum numerosissimam, quæ,
ab aliis in Hæresin pertracta, nostra cu-
ra ad Veritatem reducta est. Hos popu-
los offero per manus vestras tanquam gra-
tum Deo Sacrificium. Vestrum jam est
eos Doctrina Catholica imbuere. Tum in
Fidei suæ Confessione prosequitur, atque
edicit, quod Arium Doctrinam ejus &
Sectatores anathematizet; quod Conci-
lium Nicenum, Concilium Constantino-
politanum contra Macedonium celebra-
tum, primum Concilium Ephesinum
contra Nestorium, & Concilium Calce-
donense contra Eutychem & Dioscorum,
atque generatim omnia Concilia ortho-
doxa, quæ illis quatuor sunt consenta-
nea, recipiat. Accipite, inquit, hanc
nostram & Gentis nostræ Confessionem,
scriptam, & signis nostris confirmatam,
& inter Monumenta Canonica servate, ut
futuris

(*) Der Protestant hat hier anstatt des Wortes *universel* allgemein gesetzt: von der wahren Kirche. Es ist aber nicht der eigentliche Ausdruck, und ist es merkwürdig, daß Recaredus, ob schon alle Könige, bis auf die Fränkischen, Arianer gewesen waren, und die Anzahl dieser Ketzer in der ganzen Kirche unendlich, nichts destoweniger der römischen den Namen der allgemeinen beigelegt hat.

Hist. Eccles. Tom. VIII.

M

Sæculum VI. *futuris temporibus coram Deo & hominibus testimonium sit adversus illum, qui resillire vellet.*
A. C. 589.

p. 1002.

p. 1000.

Concilium
Toletanum.

Hic Definitiones quatuor Conciliorum generalium insertæ erant, tum Nomina Regis Recaredi & Bado Regina Sponsæ ejus, quibus lectis Concilium lætitiâ sæpius acclamando professum est. Gratias Deo agebant Episcopi pro felicissima reconciliatione, Regique in vitæ præsentis Gloriam, & in futura coronam æternam precabantur. Concilio deinde mandante unus Episcoporum Catholicorum ad Episcopos aliosque neo-conversos dixit: *Muneris nostri ratio & Regi præceptum exigit, ut ex vobis quæramus, quam Hæresin damnetis, & quam Doctrinam in Ecclesia Catholica teneatis, ut omnibus patefiat, vos hujus Ecclesiæ veræ membra esse, & Hæresin Arianorum, illius Dogmata, preces Ecclesiasticas, Communionem, Libros damnare.* Tunc Episcopi conversi cum Clericis suis & Primatibus de Gente Gothorum uno ore responderunt: *Quamvis, quod petitis, jam conversionis nostræ tempore fecerimus, id tamen iterum lubenter faciemus, & constebimur, quæcunque nos meliora docuistis.*

Can. II. c. 16.

Tum Articuli viginti tres cum Anathematismo speciatim contra præcipuos Arianos.

Arianorum errores recitati sunt. Inter alia Fides quatuor Conciliorum recipiebatur, Libellus anno duodecimo Leovigildi Regis compositus nempe Decretum Conciliabuli Toletani rejiciebatur, nominatim Concilium Ariminense (fortissimum illud Arianorum Propugnaculum) damnabatur. His Neo-conversi subscripserunt, primo Episcopi octo, quorum nomina barbara satis probant, fuisse Gothos, tum Presbyteri & Diaconi, atque etiam Gothorum Optimates; quibus omnibus peractis Rex monuit, ut Articuli ad Disciplinam spectantes definirentur, tumque Canones viginti tres conditi, ut damna repararentur, quæ Hæresis scelerum omnium Fautrix Religioni attulerat.

In Exordio generatim præcipitur, ut omnes antiqui Canones & Epistolæ Synodales Paparum observentur. Deinde salva reverentia debita illis sanctis Legibus, quibus duo Concilia singulis annis celebrari præcipitur, considerata tamen magna locorum distantia, & Ecclesiarum in Hispania paupertate, statuitur, ut Episcopi congregentur semel per annum in loco, quem Metropolita elegerit, & locorum Judices atque Regionum Fundorum œconomi in Concilio prima die Nov. adsint, ut modum, quo populos re-

Sæculum VI.
A. C. 589.

Sup. n. 40.
c. 17.

p. 1008.

c. 1.

c. 18.

Canones
Concilii
Toletani.

M 2

gant

Sæculum VI.
A. C. 589.

gant ex ore Episcoporum discant; his enim committitur, ut Præfectorum factis invigilent. Priusquam Concilium annum solvatur, locus, in quo agendum erit Concilium futurum, indicetur, ut Metropolitæ novas Epistolas, quibus Synodum convocent, mittere non cogantur.

- Ut Fides populorum roboretur, Synodum Concilii Constantinopolitani, sequendo exemplum Ecclesiarum Orientalium, in Missa ipsis præcinatur. Episcopi, Presbyteri & Diaconi Arianorum uxores habentes jure matrimonii utebantur. Id Concilium conversis prohibet & præcipit, ut in eodem cubiculo, & fieri possit in eadem domo non habitent.
- Episcopo mensæ assidente semper aliqua pars S. Scripturæ prælegatur. Clerici contra Confratres suos coram Judicibus sæcularibus Actionem non moveant; si moverint, causa cadant, & excommunicentur. Ecclesiæ nuper ab Ariana Secta conversorum unacum Bonis suis ad Episcopum Diocesenum pertineant. Episcopi Ecclesiarum suarum Bona non alienent; si vero Episcopus aliquam suam Diocesis Ecclesiam deligat, ut ibi Monasterium fundet, id ipsi consentiente Synodo liceat. Episcopi sit omnia Bona Ecclesiæ administrare, quam potestatem Funda

Fundatores ab eo auferre non possint. Sæculum VI.
A.C. 589.
Non liceat Episcopo a Presbyteris & Diaconis nova onera aut pensiones exigere, sed antiquo jure, quod Episcopi in Parochias obtinent, contentus sit.

Illi, quos Episcopus manumiserit, aut qui in tutelam Ecclesiæ traditi fuerint, sub Episcopi Patrocinio sint. Clerici, qui ex familia Fisco addicta assumti fuerint, in Ecclesiæ Ministerio remaneant, & censum Principi reddant. Nemo eos sub prætextu, quod sibi a Rege fuerint donati, vindicare possit. Si quis Servus Fisci Ecclesiam fundavit & dotavit, curæ sit Episcopo, ut hanc foundationem Princeps confirmet. Judices & Præfecti servos Episcoporum, Ecclesiarum, & Clericorum exactionibus non vexent. Viduæ aut Virgines ad nuptias non compellantur.

De Pœnitentibus hujus Concilii Patres decernunt in hunc modum: *Relatum est ad nos, peccatores in aliquibus Ecclesiis pœnitentiam agere non secundum Canones, sed modo Ecclesiæ admodum probroso, ita ut a Presbytero petant, ut ipsos reconciliet toties quoties peccare lubuerit.* (*) Ut abusus execrabilis re-

M 3 prime.

(*) Si hodieque Conscientiarum Rectores, dum Fidelium Confessiones excipiunt, hujus Canonis

c. 6.

c. 8.

Canones in Hispania.

c. 15.

c. 21.

c. 10.

c. 11.

Sæculum VI. primeretur, præcipit Concilium, ut ille,
A. C. 589. quem peccati pœnitet, primum a Com-
 munionem suspendatur, & sæpe veniat,
 ut cum cœteris pœnitentibus impositi-
 onem manuum recipiat. Postquam tem-
 pus satisfactionis impleverit, Commu-
 nioni restituetur, ubi Episcopo visum
 fuerit. Illi vero, qui durante pœniten-
 tiæ tempore, vel post reconciliationem
 in pristina peccata relabuntur, secun-
 dum antiquorum Canonum rigorem con-
 demnentur, id est, ad Pœnitentiam non
 amplius recipiantur. †

† intellige
 publicam.

o. 12.

Ut præcaveatur relapsus, Episcopus
 vel Presbyter, antequam pœnitentiam
 concedat, illam petenti capillos abscin-
 dat,

nonis Auctoritatem, quæ ad minimum directiva
 est, sequerentur, multarum animarum saluti se-
 curius consulere.

Scio quidem Moralistas aliquos docere, Pœ-
 nitentis & peccata gravia, in quæ sæpius rela-
 psus est, confitentis propositum, si se illud ha-
 bere coram Confessario nude affirmet, posse esse
 verum & sincerum; nihilominus valde pericu-
 losum, ne dicam noxium, videtur, talem pecca-
 torem sine ulla dilatione statim absolvere & ad
 S. Communionem admittere, si Confessarius,
 quod sapissime fit, certitudine morali prævideat,
 hunc pœnitentem eadem forte die vel post bre-
 ve tempus in eadem, de quibus nunc dolere
 se dicit, peccata gravia esse relapsurum.

dat, si vir sit, si autem mulier, jubeat eam vestes mutare. Sæculum VI.
A. C. 589.

In exequiis Christianorum Psalmi quidem cantentur, ut Spes Resurrectionis excitetur, sed carmen funebre non recitetur, ne pugnis tundantur pectora. Nempe hæc luctus signa Gentilium superstitionem olebant. A festis & solemnitate Sanctorum saltus, & cantiones lascivæ abesse jubentur. Meminerit Lector, hæc in Hispania prohiberi. (*) Per totam Hispaniam & Galliam omnia Idololatriæ vestigia Potestatibus Sæculi & Ecclesiæ operam jungentibus delectantur.

Pater districte prohibetur interimere prolem, ex fornicatione natam, si ea ipsi oneri sit. Hæc quoque crudelitas a Paganorum moribus profecta ad Christianos pervenerat. Judæi munere publico non fungantur, mancipia Christiana non habeant, mulieres Christianas non ducant, & si ex iis prolem genuerint, baptizetur. In isto Concilio Toletano, quod tertium habetur, S. Leander Sermonem pronunciavit de felicissima sorte Ecclesiæ Hispanæ, quæ post duram persecutionem libertate fruebatur, & omnes

M 4 filios

(*) Quid sibi Fleurius hac Reflexione velit, non dispicio.

c. 22.

c. 23.

c. 16.

c. 17.

Sup. l. III.

S. 40.

c. 14.

p. 1018.

Sæculum VI. filios suos in unitate Fidei congregatos
 A. C. 589. complectebatur. Rex Recaredus Decre-
 tum edidit, quo omnia in hoc Concilio
 definita confirmat, addita pœna excom-
 municationis in Clericos refractarios,
 Laici bonis suis a Fisco priventur, aut
 pro conditione Personarum in exilium
 migrare cogantur.

p. 1015.

§. LVII.

Concilium Narbonense.

Ut ea, quæ in Concilio Toletano decre-
 ta fuerant, executioni mandarentur,
 Episcopi ex illa Galliarum Parte, quæ
 Gothis parebat, Narbonæ prima die Nov.
 eodem anno 589. Recaredi quarto con-
 gregati sunt. Octo, non plures, erant
 Episcopi, scilicet, Migeceus Episcopus
 Narbonensis Metropolitæ, Sedatus Biter-
 rensis, Benenatus Elnanus, Boetius Maga-
 lonensis, Pelagius Nemaufensis, Tigri-
 dius Agathensis, Sergius Carcaffensis,
 Agrippinus Lutevensis, qui omnes in A-
 ctæ Concilii Toletani vel ipsi præsentem,
 vel per Legatos consenserant. In isto
 Concilio Narbonensi quindecim condide-
 runt Canones, atque illa, quæ ex iis me-
 morari merentur, sunt sequentia.

to. 5. Conc.
 p. 1028.

Can. 2.

c. 4.

In fine cujuslibet Psalmi, & in Divi-
 sione longiorum Psalmorum canteretur
Gloria. Haud dubie hæc brevis Oratio
 pro